



mo 8 V T M A D mo  
ILLVSTRISS. AC REVERENDISS.

D. PETRO ALDROBANDINO  
S.R.E. CARDINALI AMPLISSIMO.

Hieronymus Bellius Argentensis Perpetuam foelicitatem.



Antiones has musicas, quas vulgò Motecta appellant, ut in Tuo nomine Cardinalis Amplissime apparerent, multa quidem quæ in presentia reticeo, effecerunt, sed illud potissimum in causa fuit, quod cum non multis abhinc diebus tertium sex (quod aiunt) uocibus concinendarum cantionum librum Romam ad Te miserim, incredibili, ut soles, humanitate, explicataque, ut audiui, fronte eum haud dedignatus es accipere. Huius sanè beneficij significatio, et magnitudo Amplitudini me Tuæ summopere deuinxerunt, et me, qui tibi plurimum debere fateor et profiteor, iterum animarunt, ac impulerunt, ut hoc munusculum musicis numeris concinnatum, licet perexiguum, maximisque meritis Tuis longè admodum impar, nomini etiam tuo dedicare, ac consecrarem. Quamobrem ne illud asperneris, neq; illius tenuitatem, sed animi tantum erga te mei magnitudinem aspicias, te etiam, atque etiam rogo. Viue diu sçelix, meque ac totam Belliorum domum, adque familiam amplissimo nomini tuo addictissimam gratia tua soue, ac complectere.

